UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

X. De incestis nuptiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

Visual Library

ANNO CHRISTI 948.

VIII.

Vt oblationes fidelium,quatenus altari deferantur, nihil omnino ad laicalem pertineant poteſtatem, dicente ſcriptura; *Qui altario deſeruiunt, de altario participentur.* 2. Cor. 9.

IX.

Vt decimæ, quas Dominus præcipit in horreum ſuum deferri, ſi eccleſiis Dei non fuerint redditæ, ſed nefaria cupiditate, quæ ſæuior Ætnæ ignibus ardet, a ſæcularibus fuerint retentæ, ſæcularia ſuper hoc non exerceantur iudicia, nec in forenſibus diſcutiantur cauſis, ſed in ſancta Synodo ab ipſis ſacerdotibus, quorum deputatæ ſunt vſibus, quid exinde debeat actitari certis diffiniatur promulgationibus.

X.

Vt euangelica auctoritate & ſacrorum Canonum inſtitutione * pœnaſque proponere diuini iudicii, vt noſtra ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. Cauendum eſt quippe, quod de earum moribus actibuſque beatus Paulus teſtatur apoſtolus. Quod plenius exponere præterimus, ne ſexus inſtabilis non tam deterreri quam admoneri videatur.

## SYNODI EIVSDEM APVD ENGILENHEIM HABITÆ ACTORVM NARRATIO ALTERA.

*Ex Flodoardo lib.* IV. *hiſtoriæ Rhemenſis cap.* XXXV.

DOMNVS igitur Agapitus papa vicarium ſuum Marinum epiſcopum mittit ad Ottonem propter euocandam & congregandam generalem Synodum. Literæque